



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Vnde sit scandalorum neceßitas?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Quapropter Beza, Zanchius, alii errant cum aiunt, Electos tantum semel fide donari, fident profus amittere, Spiritum Sanctum omnino excutere, & à Christo penitus excedere non posse. Ita in Miscell. fol. 3. Arct. probi. parte. 21. pag. 901. Tigurini Apol. contra Lutherum fol. 16. Si enim electi iustitiam non amittunt, reprobi nunquam accipiant: non est scandalorum magna efficacia. Nemo enim pius deiicitur, impulsu offensionum, vili docent, ac proinde nemo credens in Christum scandal. sacur, vt iustitia excedat. Quod adeo pertinaciter tuetur Franciscus Lambertus in Comment. super Lucam. pag. 258. Vt Petrum lapsum asserat non habuisse fidem, qua Soli Deo fideretur: namque eum suis viribus plurimum tribuisse & fuisse esse. Hoc tamen Christus refellit, Sacerdos sanctæ vocis oraculo: cum dicit, *Beatus es Simon Bariona, &c.*

VERSUS 7.

Va mundo à scandalis: Neceffe est enim vt veniant scandala: verumtamen va homini, per quem scandalum venit.

QVÆSTIO I.

Vnde sit scandalorum necessitas?

S. 1. Neceffe est: non est absoluta, sed hypothetica necessitas, posita mundi & Satanæ malitia; fieri & dare scandala. Nam is mali cordis est fructus, non tamen fiet impune, quod fit voluntarie & libere, licet certo eueniat. Beza; item non est necessitas à Deo, sed ab homine corruptione voluntaria. Hinc tamen male probat non iniuste puniri peccatores, etsi necessitas peccant. Si enim est necessitas agendi, non est culpa agentis; Quamuis aliqui scandalum venturum esset non propterea, qui illud fecit, culpa caret; libere enim facit, quia libere malus est, necessitas enim miseros, non malos efficit. Itaque & recentiores contra remouit, qui omnia alperius docent, iam olim arguit Bullingerus cum scripsit. Addit, neceffe est vt veniant scandala. Hoc est, quia nunquam in mundo defuerunt homines auari, luxuriosi, arrogantes, superbi, & maligni, qui perpetua spretu optimis quibusque, & summam bonorum offensione, pergant suas cupiditates persequi, & sceleris pessimis & putidissimi exaturare, ideo dico vobis: *Va mundo à scandalis.*

S. 2. Oratio Eclypsin habet. Nam forinsecus aliquid ad relinquentem sententiam adscribendum est. Veluti cum dicit, Neceffe est, te febribus esse obnoxium. Nam addendum est. Quandoquidem tam viuis licenter: similis locutio extat apud Paulum 1. Corin. 11. oportet hæreses esse. Hæc ex Catholicis Bullingerus hæreticus, nondum in hoc barathrum præcipitatus, vt ex diuino verbo vbique corrupto scelerum necessitatem in Deum referent, quod postea eius fecerunt, neque enim ideo scandalum venturum est, quia Christus venturum prædixit: Sed quia venturum vidit, ipse prædixit, vt obseruat Chrysostomus. Non enim quæ fieri videmus, videndo fieri cogimus, sed quia sunt in conspectu, non videre non possumus, sic diuina prouidentia omnia futura præcognoscit, & quæ suo tem- pore euentura sunt, intuetur, quia prouidentia oculis claudere non potest. Calvinus obiectioni respondet. Cur tanta Satana laxentur, id in arcanis Dei consilij esse, de quibus nos reuerenter sentire oportet. Ex illis hoc vnum esse, quod scandalum neceffe est, mundum turbare. Miscalus etiam, necessitatem à Dei prouidentia esse concludit. dicitur autem Deum dicit scandala mittere. Sed absit

vt ille ex prouidentia sua mittat, quæ etsi esse permittat, non probat tamen. Nec arcanum, Dei consilium est, quo iubet esse, sed quo permittit, nec cum possit, impedit, dum rationali naturæ datam libertatem auferri non sustinet. Zvinglius etiam durius loquitur, quam Calvinus, & minus recte blasphemus est. Dicit quis, cur ergo eos punimus qui offendunt? Respondet Hic ergo se aperit, cur etiam fontes plectuntur, cum neceffe sit, eos esse, & prouidentia diuina tales sunt? Impie diuinæ prouidentia ascribit quod fontes sunt, non enim Deus volens iniquitatem est, nec est neceffe esse tales, sed suo arbitrio malo, quod Deus non cogit esse malum, tales sunt. Quia autem hoc arbitrium sua sponte malum est, sequuntur scandala, mali fructus, malæ arboris. Pergit vero Zvinglius. Quemadmodum diuina prouidentia Deus prouidet, culpa malum, ita & malum pena prouidet. Nam qui ordinat vt is occidat aliquem, is & ordinat, vt idem ipse etiam gladio iudicis plectatur. Et hunc in Exemplum Zvinglius ponit sue iustitiae, & in eo manifestatur gloria & voluntas Borboria Dei, vt cuncti videant eum in vas contumelia adparatum. nus. Quid Borborianus aut Manichæus aliud loqueretur? Hoc enim est Deum auctorem criminum constituere, ordinationem eius causam homicidij docere. Vt enim causa est Deus, vt gladio reus plectatur, ita causa est, vt occidat; vtrumque enim ordinat. Vtrumque ab eius prouidentia proficiscitur, vt contendit Zvinglius. Nec reus ille exemplum est diuinæ iustitiae, nec esse potest: miserabili enim necessitate diuinæ ordinationis eadem facere cogitur. Multo aliter Chrysostomus.

Sed si neceffe est, vt scandala veniant, quispiam opponet, cur mundum quasi miserum deslet, cum manum ei porrigere, atque opitulari potius oporteret? Hoc quippe prudentis Medici dominique prouidentissimi, illud cuiusvis opus esse, non iniuria potest: quid igitur ad tam impudentem linguam respondebimus? Quod scilicet nihil diligentissime illius cura par excogitari queat. Cum enim Deus sit, homo quoque propter te factus est, & serui assumpta forma extrema omnia passus, nihil quod ad se pertineret prætermisit: ceterum quoniam nihil hinc vilitatis ignauissimi homines consecuti sunt, idcirco eos deslet. Quia etiam post tot, tantaque ipsis allata remedia in morbis suis perseverarunt: Veluti si quis febricantem, cui licet peritus medicus affuerit, tamen quia eius præcepta contempsit, complorans diceret. *Va illi homini à graui agrotatione, quam per ignauiam plurimum atque plurimum auxit.* Verum ibi nihil ploratus conducere potest. Hic genus quoddam curationis est: futura mala prædicere, & deslere non penitentes, præsertim cum multi nullam quidem ex consilio, multam vero ex fletu vilitatem habuerint. Ideo va, dolentis vocem adhibuit, vt dolore suo ipsos incitaret, ac diligentiores, vigilantioresque faceret. Ad hæc benevolentiam quoque suam erga illos, & clementia magnitudinem ostendit, quia vel contra dicentes deslet. Ita non modo molestiam quandam, ex duritia aduersariorum capiebat, verum etiam & stendo & prædicendo, ad sanam eos mentem reuocare conabatur. Sed quomodo inquires id fieri potest? Nam si neceffe est, vt veniant scandala, quo pacto ea cuiusque poterimus? Quia videlicet neceffe quidem est, vt scandala veniant, perire, autem non omnino neceffe est, seu si medicus quidam dixerit, si nulla medicina vteris, neceffe est, vt in hunc rursus morbum incidas: non omnino eum perire neceffe erit, qui vigilanter attendit.

Malitia ergo scandalorum causa est, & malitia libera non diuini decreti potentia. Nec tamen scandalum perire dicit eos, qui offenduntur, sed ego quia scandalum ignauia propria, non enim omnes illa præmunt, sed zantur, multi ardentiores, & perspicaciores inde exsurgunt. Diligenter inquit loco citato abs te ipso require. Nam qui mali sunt, si à se ipsis mali non sint, noli tuos seruos castigare, nec uxorem si peccat increpare, nec liberos verberare, nec amicos incusare, nec offendentibus inimicis insensu sis.

Adam. Conzen in Euang. Tom. 1.

Gg

Nam

Nam hi omnes: si non sponte delinquant, non punitione, sed miseratione digni sunt. Non possum inquires ita philosophari: certe si non illorum culpa, quæquam factum conspexeris, sed quadam aliâ necessitate incidente non poteris non philosophari. Nam quando servus agritudine oppressus, iussa non fecerit: non modo non criminaris, verum etiam valde commiserescis. Quare tu ipse testimonium perhibes, nonnihil ab ipso, nonnihil aliunde, ac non ab ipso fieri. Similiter ergo etiam hi: si scires quod malus esset propterea, quod talis natus sit, non modo non accusares, verum etiam veniam dares, non est enim consentaneum, vt qui propter morbum ignoscis, propter Dei opificium non ignosceres, si quidem talis ab initio factus esset. Verum inde quoque ora istorum obstruere satum est: cile possumus: nam vndique veritatis assultu adminicula homine est, si eos interrogabimus, quomobrem nunquam servos criminari ad Deo. nantur, si facie formosi non sint, si non proceri stature, si non quasi volucres in eundo, cæteraque huiusmodi, quia videlicet naturâ hæc non voluntate conceduntur: immunit est ergo ipse eius culpa, quam ei natura inuexit. nec vllus vnquam huic rationi contradicet. Cum igitur accusas, tunc ostendis profecto, non à naturâ, sed à voluntate mali quippiam processisse. Nam si quæ minime culpamus, ea naturæ delicta esse, aut saltem non voluntatis testamur, patet ea solum culpari, quæ voluntate committuntur. Noli ergo peruersas in medium ratiocinationes inferre, nec sophismata, & orationis contextum telis aranearum vitiorem. Hæc Chrysostomus iam olim telas aranearum discutiens & Caluinianorum blasphemias aureo veritissime orationis flumine obviens. Multa enim contra Manicheos adiungit, quæ in Caluinianos rectissime conveniunt. Hinc concidunt illa horrenda. Iudam si Dei decretum spectemus, Christum necessario prodidisse. Et parum abest, vt cum Caianis blasphemet, & dicant, Iudam pio consilio tradidisse. Beza in Summa Christianismi. pagina 17. Heshusius, pag. 178. Marvyn Rom. 38. Zvinglius de peccato origenis. 606. & de ratione fidei ad Carolum. at Deus odisse se peccatum profiteretur, ex hominis mala voluntate id esse. Basilius de Origine mali, idem esse asserit Deum negare, esse Deum, & dicere causam peccati. Tamen qui eum deserunt per inobedientiam, eos ipse dese it per iustitiam. Nec enim potest is, qui per se bonus est, esse causa mali, aut illud dicere.

VERSUS 10.

*Videte ne condemnatis unum ex his
pusillis : dico enim vobis, quia
Angeli eorum in cœlis semper vi-
dent faciem Patris mei qui in cœ-
lis est.*

QVÆSTIO I.

Cur propter angelos cauenda scandala?

§. i. **S**candala paruulis obiiiciuntur contemptu illo-
rum, at minime Deus illos contemni patitur,
quod ex eo probat, quia custodie illorum præsit
Angelus; Spiritus beatos, qui semper vident faciem
patris cælestis, itaque accusatores eorum sunt, cum
ad regem non modo aditum habeant, sed semper
illi adsint, ne ad momentum quidem extra con-
spectum. Sumpta est similitudo ex hominum consue-
tutine, qui eos timent offendere, quos multum posse
apud principes abitrantur.

§. 2. Singulis paruulis, ac proinde hominibus est

assignatus Angelus custos, imo & regn's Dan. 10. 13.
Clem. Rom. 1. 2. recog. Alex. 6. Strom. vide Apocal.
8. 12. & 3. 17. & docui Genes. 4. 8. 16. Vide Psalm. 33.
8. & 90. 11. Caluini quidem lib. 1. Inst. cap. 14. §. 5.
Angelos esse hoc loco probat, & cap. 7. tamen dubi-
tat, an singulis appositū sint vitæ custodes, quod ta-
men Beza libenter confitetur. Omnibus autem
modis paruolos, humiles & abiectos, nobis veneren-
dus efficere Deus voluit, ne villo modo perire eos
faceremus. Præfecturæ porro angelicæ meministi et-
iam Epiph. contra Alogos & contra Anœtæ, Sic &
Iustinus, q. 30. ad orthod. Angeli omnes tum qui te-
gunt, tum qui reguntur functionem suam implent,
caelis & hominibus vtilem : quibus vero ministr-
ium mandatum est, vt homines sequantur cu-
stodes, semper augentur, minuuntur nunquam,
aut enim vtrumque simul, animam inquam & cor-
pus, aut animam post diuortium suæ corpore, se-
quuntur, vsque ad restituendi, siue renouandi
mundi tempus. Prius autem quam, vt hominum
sint asseclæ, & custodes consti-tuantur, aliis muneri-
bus pro hominibus obeundis principibus suis mi-
nistrant.

Hinc Epiph. καὶ τὸ κινέμεν οἱ ἀγγελοὶ κινεῖν τὸ ἔσθαι εἰς ὁρμὴν ἐκείνους, Mori enim Angeli inuenerunt gentem ad impetum plionis. Viros sanctos φάσμασιν ἁγγέλων custodiunt, & Chryfost. air. At quemadmodum panis apes, & columbas graneolentia fugat: ita vite nosse custodem Angelum lacrymabilissimum & faveritissimumque catum repellit. Vt monet Basilium. Quid agant exponit Augustin. Solil. cap. 27. Ambulant enim nobiscum in omnibus viis nostris, intrant & exeunt nobiscum, attenti considerantes quampię, quamque honeste in medio prauitatis conuersemur, quantoque studio & desiderio querimus regnum tuum, & iustitiam eius, quantoque timore, & tremore seruamus, & exultemus tibi in læticia cordis nostri. Adiuvant labores, prolegunt quiescentes, hortantur, quandoque coronant vincentes: congaudent gaudentibus, dum inquam gaudentibus: compatiuntur patientibus, pro inquam patientibus. Grandis est eis cura de nobis. Magnæ est affectus dilectionis eorum erga nos: & hoc totum propitiū nosmet tuam inestimabilis caritatis, quā dilexisti nos. Diligunt enim quos tu diligis; custodiunt quos tu custodis: & deserunt, quos tu deseris. Nec diligunt operantes impietatem, & perdes omnes, qui loquuntur mendaciam. Quoties bene agimus gaudent Angeli & tristantur demoni. Quoties vero à bono deuiamus Diaboli laudificant, & Angelos tuos fuo gaudio defraudamus: gaudium est enim super vno peccatore penitentiam agente: Sed diabolo spirit vno iusto penitentiam deficiente. Hos Angelos v. Del ministros colimus, & creaturas & confertuos, non Dei. Philo olim illa distinxit. ἀπὸ πλὴν τῶν ἀγαθῶν σοφιστῆρες ἦσαν καλεῖται, καὶ δαίμονας. μάλιστα δὲ τοῦ βούλου ἐργάζονται, ὅνικα ἀγγέλους προσκαρτεροῦν, καὶ βουληνός, καὶ ἀγγελοφίλους, τότε καὶ τὸν τὸν νῦν καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἀγαθῶν, Quas virtutes, postestates, mentes, philopphi gentiliū Heroes vocant & demonis. Moses legitimo nomine versus Angelos nominauit, qui legationes obant & nuntiant.

§. 3. Ex eo, quod paruulorum Angeli videntur
ciem Dei eique feruiunt, Bullingerus eos innocen-
dos negat, & falsa veris miscet. In Deum non in An-
gelos respiciendum docet, Angelos esse administra-
torios Spiritus, verum est. Etiam illud quod ex Au-
gustin. adducit. Nos non Angelos, sed veritate vi-
dendo, quia Angelos diligimus, beatos esse, Angelos
charitate non seruare honorare. nec eis temp. co-
strui, de vera relig. cap. vltimo. Et Lactant. lib. 2. ca-
pit. 17. Angelos nullum sibi honorem tribui velle
Hæc inquam vera sunt, si veritatis assertor, non
hæresiarcha legat: Non colimus Angelos seruare